



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Gefördert durch

DFG Deutsche
Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

**'DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB
Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."**

**Viro Perillustri, Perquam Magnifico, Amplissimo,
Consultissimo Domino Dn. Henrico Gerhardo Schumacher,
JCto Excellentissimo, Cum Post Ornatam Egregie Tres Et
Qui Decurrit, Supra Vicesimum Annos ...**

Bopp, Johannes Jacob

Bremæ, 1751-06-15

VD18 91022894

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0631-27

[urn:nbn:de:gbv:46:1-179865](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:46:1-179865)

1701
7/11

V I R O
PERILLUSTRI, PERQUAM MAGNIFICO, AMPLISSIMO,
CONSULTISSIMO
D O M I N O
D_N. HENRICO GERHARDO
SCHUMACHER,

JCTO EXCELLENTISSIMO,
CUM
POST ORNATAM EGREGIE TRES ET QUI DECURRIT, SUPRA VICESIMUM, ANNOS
SPARTAM SENATORIAM,
DIE XV. JUNII, ANNO MDCCLI.

CONSULIS HONORIBUS

INITIARETUR,
HOC
QUALECUNQUE CARMEN
SACRUM ESSE VOLUIT
JOHANNES JACOBUS BOPPIUS,
ELIZ. LIT. MCTOR.

I *deus currens pede quae fatigat*
Liquido currens pede quae fatigat
Arva. MELERI nec opina placenti
Spargere fata.

Cornibus cincto caput & madentis
Crinibus barbae nitido Parenti

Muricem pictum populique faeces
CUI feret Parrum nec iniquus ardor
Lumina flecte.

Ore quo quondam ruerit profundo,
HOC DUCE *Altraeae Themidosque castra*
Tum secutorum manet usque certa

SPARTAM SENATORIAM,
DIE XV. JUNII, ANNO MDCCLL
CONSULIS HONORIBUS

Spargere fata,

Lumina nocte.

Cornibus cincto caput & madentis
Crinibus barbae nitido Parenti
Nescio quae vix medio sub alveo
Murmura narrant.

Ore quo quondam ruerit profundo,
HOC DUCE Aestraeae Themidosque castra
Tum lectorum manet usque certa
Mente repostum.

Caerulum lymphis ubi verticem effert,
Et tibi luctum lacrimasque, volvens,
Seculis quae te maneant futuris
Fata, retorquet.

Qui togam latis aliquando clavis
Induat, digno patuit Senatus,
Quaque gauderet SCHUMACHERUS ultra
Dote probavit.

Cuius illustres ego lambo muros!
Tu, cui turbas Libitina civit!
Brema, MEIERI, PATRIAE PARENTIS,
Funera luge.

Magnus Atlantis subiisse fessi
Fertur Alcides onus. ALTER ILLE
HERCULES rapti scapulas Atlantis
Mole gravabit.

Corruens princeps etenim columna
Concutit muros, trepidatque civis
Morte permultas cumulante strages
Corpore in uno.

QUEM neque ostendent tibi fata tantum.
Sera, per multas superesse cedens
Cynthii spiras, Atropos resolvet
Stamina vitae.

BREMÆ,

TYPIS VIDUÆ B. H. C. JANI, QUONDAM ILLUSTR. GYMNASII TYPOGR.